



~~Litt.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

11-58.

SIGNAT. ~~ccccccc~~ CCCXIII.

11

I. N. J.
A B R A H A M
CALOVIUS, D.
PROFESSOR PUBL. PRIMARIUS, ELECTO-
RATUS SAXONICI SUPERINTENDENS
GENERALIS
S.S. Theologie Cultoribus S.P. &
Τὸ αἱρέεν τὸ αἰγάπη.

WITTEBERGÆ,
Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.



Nore plurimorum perstrepit jam Ecclesia-
rum Aug. Confess. & Reformatarum pax & concordia. Ma-
ximi res momenti, & maximopere desiderabilis. Ecquis
enim tam ab omni pietate, ac dilectione alienus fuerit, ut pacem
non cum Reformatis solum, sed etiam cum Romano-Catholicis
non exoptet modò, ac provehere omnibus modis, quantum juxta
Canonem divini Verbi liceat, annitatur, sed vel vitâ, ac sanguine re-
dimere haud paratus sit! Nos utiq; toto pectore ingeminamus
iterum atq; iterum S. Hieronymi declarationem, qvam Epist. ad
Theoph. contra error. Joh. Hierosol. edidit. *Volumus & nos pacem,*
sed pacem Christi, pacem veram, pacem sine inimicitiis, in quâ non sit bel-
lum involutum, pacem, qvæ non ut adversarios subjiciat, sed ut amicos
jungat. At qvomodo pax Christi haberi potest, qvæ adversus Chri-
stum, ejus Verbum, & Sacra menta initur? aut pax vera, qvæ veritati
cælesti non ianititur? Pax sine inimicitiis non est, in quâ hostilis ani-
mus se prodit, cum amicitia offertur fraterna, bellum continuatur
infestum, cum templum pacis erigi simulatur, & ut adversarii subjic-
ciuntur, qvi ut amici ad conjunctionem invitantur. Non conjectu-
ris aut suspicionibus indulgemus, nec dubia pro compertis, igno-
ra pro cognitis tradimus. In luce publica versantur, qvæ affirma-
mus, & passim de iis queruntur, & gemunt cum Doctoribus Eccle-
siæ. Auditur qvidem nonnunquam vox Jacobi, sed non tam viden-
tur, qvam palpantur manus Esavi. Unde mirari oportet, reperiri,
qvi caduceatores ejusmodi adhuc suscipiant, imò suscipiant. Mo-
derationis laudem præ cæteris affectavit Johannes Duræus, & extra
partes se stetisse, ac Dei nomine conscientias compellasse jactitat, nibil
privato affectui in cuiusquam præjudicium indulsisse, nec publicis par-
tium studiis foritem, aut factiosis consiliis flabellum adhibuisse, aut of-
fensionum oblatas occasiones aggravaisse. In nostros tamen, qvi ex lege
prudentiæ Christianæ, ac dictamine conscientiæ pacificationi su-
spectæ & exitiosæ applaudere renuunt, nec à justis damnabilium
errorum censuris desistunt, in ipso Propemptico Irenico ita detonat,
cum Melleto suo: *Annon rigidissimi illi Demagogi, ἀσύνθετοι, ἀσυγ-
γονοι, ἀσπουδοι ἀνελέημονες, de salute periclitentur, ne scilicet, sicut à*
Dei & Christi charitate sese affectibus suis pravis alienant, etiam à Deo
& Christo ipsi alienentur? Utut idem Duræus in Prodromi Irenici

præfatione palam profiteatur, se non ignorare, aliud sub velo Concordia Evangelicæ à Politicis quæsum fuisse. Nec criminatioibus ejusmodi contentus pacificandi veteranus fuit: Consilia etiam supereminentibus potestatibus & Magistratibus subordinatis omnibus suggesit, ut publicis clamoribus, & rabulis coram plebe, ceu judice non competente, (ita Elenchum Ecclesiasticum vocat, & eos, quibus sacra est obtestatio Apostolica coram Deo & Christo, judice vivorum ac mortuorum facta, θησην ἐυαίρεις, αὐτούρεις, εἰλεγένος, ἐπιτίμησον) altum silentium imponant, tametsi per XXXVII. negotiationis pacificatoriæ annos, præter generales Regulas, & cerebrinas ideas, nihil ad pacem Ecclesiasticam contulerit, ac nunc demum, post tot solicitationes, ac tanta itinera decrepitus Senex id agendum suscipiat, qvod primum omnium, cum rem susciperet, aggredi debuit, & sine qvo omnis illa negotiatio non potest non esse irrita, ac frustranea. Nimirum jam demum cum Melleto disquisitioni Evangelicorum id committit, qvod sit Christianismi caput essentiale, ac articulus vel error fundamentalis! Item, an dogmata inter Ecclesias Protestantes controversa circâ personam Christi, S. Cœnam, Prædestinationem, gratiæ extensionem, & alia libro Concordiæ contenta, præcisè spectata sint articuli ad salutem absolutè fundamentales? Hactenus ergò magno molimine nihil egit, quia omnia quæ egit, huic fundamento innixa fuere, qvod capita controversa non sint fundamentalia; de qvo vero nunc demum disquisitionem suscipi vult, jurenè an injuriâ illa à fundamentalibus se moverit, ac semota esse in universâ negotiacione suâ supposuerit? Annon hoc est, qvod Græcorum habent proverbia, πέντε ἵσταχθαι δέσσει, & πέντε οπῆσαι ἀλλάζει? aut ædes moliri sine fundamento? Ex adverso toti notissimum est orbi, nostros per illud sesquiseculum disputasse, scriptis etiam variis & integris voluminibus asseruisse, ac demonstrasse, (qvod nuper etiam à Collegio nostro Theologico, APODIXI FUNDAMENTALI, factum) capita dissensus pleraq; fundamentum concernere: ad quæ etsi nec verbum, intra tot annorum lustra, respondere habuerit. Diallecticus, strenuè tamen per universam ferè Europam occupatus fuit, ut concordiam, hac imprimis ratione, svaderet, qvod dissensus non concernat fundamentum fidei, salvagj, fide ac salute tolerari possit. Qvod postulatum sibi ceu κυρίαν δόξαν per vanissimam principiæ petitionem, cum omnibus suæ pacificatoribus, sumisit, atq; ita

ix



in aere piscatum sese hactenus esse, nunc demum intelligens, de articulis & erroribus fundamentalibus, qvinam tales sint, & an illi controversi etiam pro talibus habendi? disquiri vult, & qvod magis adhuc mirandum, sine disputatione, methodo, qvam vocat, investigatoria, hoc expeditum cupit. Qvam ne nesciamus, in Prodrom. Irenic.p.473 ita describit: Omnia in hoc speculo mentis per refractionem directa, nihil per refractionem per agendum est: integras enim notionum radios in quolibet actu digressionis, & certo ordine successivè colligere oportet: ad demonstrationē faciendam, qvæ suis in mente lineis & numerorū proportionib⁹ stat aqvæ ac demonstrationes Mathematicæ. De qvâ novâ convincendi Methodo μὲν πολλῆς Φαντασias productâ, & demonstratione Mathematicis geminâ, sine argumentatione, vel ratiocinatione (qvæ contradic̄tio est in adjecto) suo loco dispiciemus. Cum ergò qvoad usq; id demonstretur, qvæcunq; tandem sit investigationis Methodus, & qvaliscunq; asinorum pons Logicus (tale enim est hoc εὐεηνα) de novo struatur, scapham scapham dicere, exitiosa dogmata ceu exitiosa damnare, præeunte Apostolo, & venerando Patrum choro, non intermittimus, à fratribus istis nostris, præ immoderato amore, acerbissimè differimur: cuius Φιλαδελφias insigne specimen nuper adeò Irenicus novellus, Samuel Marœus in Groning. Academiâ Disputatione de consensu multiplici, & residuo dissensu Protestantium, circa articulum de Cœna Domini d.7.Mart.habita edidit: Witebergenses nos calumniatus, qvod cum Acesio nobis solis scalam in cœlum erigentes, eo excludamus, sic satie pro Imperio, omnes alios, qvi in nostris verba jurare detrectaverint, omnesq; Dd. γνησίως Lutheranos hoc elogio cohonestans; qvod emissores libiquitarii sint, & auctoritas Theologi, qui nescii, qvid sit juxta Paulum ἀληθέειν εἰς αὐτόπτην, ad solum pacis aut tolerantiae fraternalis nomen inter Protestantes contremiscunt, ac in ea animi Symptomata incidunt, qvæ facile conferantur cum iis, qvæ lymphatici ad aquæ purioris conspectum patiuntur. Hæc illi, dum pacem undiqvaq; crepant, pacem offerunt, pacem extorquere satagunt!

Cæterum novum nunc prodit in Belgio, εὐεηνατων perqvam ferace, εὐεηνα: vel certe antiquæ artes novis ornantur & colorantur nominibus. ECCLESIAKUM CONSOCIATIONEM, eine Vergesellung der Kirchen/ oder Gemeinden/vocant. Olim Syncretismum dicebant. At non placet nomen amplius, qvibus res ipsa haud displiceret, SYNCRO-

TESMUM novus Irenicus Joh. Melletus nuperrimè dicere maluit in
Syndromo Irenico, novo & insolente vocabulo, neq; satis fausti
ominis. Nam & de bellico appanatu Aristoteli, & de congregatione mi-
litarium copiarum Herodiano verbum συνεγέσιν dici consuevit, &
συνεργητης Scholiastæ Aristophanis agmen compositum & instructa
manus est, nec non Demosthenis Scholiastæ conspiratio multorum
idem facinus suscipientium, & συνεργητης Josepho conspiratio dicitur,
vel conjuratio. De cætero à manuum plausu, & à crepando descendit
vox, cum ipsa sibi plaudit crepitante Ciconia rostro. Et oriuntur
ab eodem Etymo ορθολοι & ονερητημενοι, qui Aristoph. Euripid.
Theocr. modò garruli & loquaces, modò versuti & vafri, astu atq;
fraude exercitati homines. Platoni tamen in Cratyllo συνεγέσιν est
aliquid conflare, more fabrorum ferrariorum, qui ferracandentia aut
alia metalla conflant: et si cum idem verbum de choro, qui tragædiis,
comœdiis, Satyris, & ludis histrionicis convenit, ac inter excelsa
mundi à Voëtio numeratur, occurrit, instituere seu componere sit ad
concentum efficiendum, uti συνεργεσιν χορογυ Demosth. dixit. Neq; facile
comparer apud Autores probatos vox illa Syncrotesmi, et si συνεργ-
ητης de conjuratione, συνεργητης verò etiam de eo, quod conflatum
est, dicatur, & analoga vox συνεργητης, idem cum priori etymon a-
gnoscens, à qvâ parili facilitate SYNCRUTESMUM quis dixerit, de col-
litione, nec non de fraude, ac impostura adulatoria adhiberi consue-
verit. Non sordet tamen antiquum Syncretismi nomen, Pareo & Al-
tingio probatum, Melleti Socio, Duræo, qui nuperrimè prodiorthosi
p. 81. protestatur; Se non quidem ejusmodi Syncretismum querere, qui
diversarum religionum commixtio vel mutua in eodem Ecclesiæ corpore
colementia sit, nedum μεταμορφωσις suorum in nostros, aut μετασιωσις
Nostrorum in suos, vel Reformatos, sed juxta aliam hujus vocis, magis
propriam & ad antiquum usum receptam significationem, conspiratio-
nem prius disidentium contra hostem communem, quæ fieri consuevit non
composito, sed SUSPENSO TANTISPER dissidio, dum periculum commune
imminet. Neq; dubitarunt Maresius in observation. Theolog. Ireni-
cus, Antonius Cregutus Diensis in Delphinatu Theologus in peculia-
ri henotico, Pastores & Professores Transylvani in Responso ad quæ-
stiones parascevasticas de unione Evangelicorum, Syncretismi no-
men huic unioni adhibere: quæ scripta omnia præcellentibus tracta-
tibus Irenicis annumeravit, Syndromoq; Irenico inferuit Melletus:
ut

ut Sam. à Diest Professorem Duisburgensem, qvī eodem adhuc delectatur nomine, in Irenico-Historicis Dissertation. & alios plures taceamus.

Sed redeundum ad CONSOCIATIONEM ECCLESiarum, de qvā referre cepimus. Qvicq; id populus iste dicit, confœderatio est, qverela Domini antiqua fuit. Eſ. IIIX. c. Sed monuit simul Domin⁹. Non dicatis, confœderatio. Id in religione sanctiūs habendum. Neq; animo consentiant, neq; verbo convenient fideles cum illis, qvi à vero Dei cultu alieni, prohiberi, Juniana annotata obseruant. Et protestatus Dominus est, adversari confœderationes ejusmodi sanctificationi Domini Zebaoth, qvi solus nobis timori esse debeat, ac pavori. Hanc verò sanctificationem Christi Domini in cordibus nostris id reqvirete maximè, ut parati SEMPER simus ad reddendam rationem spei, qvæ in nobis est, OMNI, qvi eam poscit, S. Petrus monuit. i. Ep. III. 15. E quo jam promptum est colligere, omnem confœderationem, qvā fidei præpeditur Apologia, & illicitam prorsus esse, neg̃, cum sanctificatione Domini in cordibus nostris consistere.

Qvod ergò nouū tam ambiunt, aut suggerunt, qvam obtrudere, illis etiam qvī conscientiā ducti absterrentur, (qvibus unicē Dominus terrori est, & pavori, non Princeps aut Monarcha aliquis terrenus) consociationem ejusmodi moliuntur, qvi rerum suarum satagunt, de eo olim rationem Deo reddituri sunt. Qvod verò penes constantes Confessores certa animi stat sententia, nunquam non sincerā fidei apologiā, etiam cum rerum terrenarum dispendio, vitæq; iphius periculo ac jacturā Dominum sanctificare, nec ullatenus illicitæ contesserationi subscrivere, id unicē supernæ Spiritus gratiæ acceptō ferendum est.

Ornavit pronuper Contesserationem istam suis pigmentis, & antipag-
mentis JOH. HORNBECk Batavus dissertatione peculiari: placuitq; ve autorī
mei cum primis nominis mentionem facere, iudicium à Lutheranis (qvibus
verò, & qualibet?) solicitatum jactare, Witebergensium Epicrisin ferire, iisq;
homines nullius teruncii, & qvi vix tyrocinia in Theologiā fecere, longè
ante ferre, rebus alienis temerè se immiscere, Politica consilia, extra voca-
tionis metam, non sine Ecclesiæ damno, sugerere, oleumq;, qvod dicitur,
igni affundere. Non displicebit ergò, si ob procellas Ecclesiæ nostræ, infruni-
tā, & intempestivā dissertatione motas, Consociationis istius τὸ ἀθέμιστον
ē Pandectis divinis, τὸ Φεῦδος, ascitis simul Historiarum monumentis, de-
tegamus, & dissipationem, imò eversionem Ecclesiarum nostrarum, sub a-
mico consociationis schemate latere, manifestemus. Inviti utiq; denuò in
arenam istam protrahimur. Verūm qvum homines isti qviescere nequeant,
sed subinde πομφυλογεῖν, fluctūs in simpulo excitare, ac Camarinam, seu ab
aliis.



aliis induiti, seu suapte sponte, non absq; concusione Ecclesiarum nostrarum, movere pergent, nostrum non est damno & damnabili omnia transmittere silentio. Cogitanda est munera divinitus crediti ardua provincia, & gravissima de eadem reddenda ratio. Spectanda Ecclesiæ necessitas, & procellarum, qvibus navicula Ecclesiæ concutitur, periculosisima tempestas. Nec conscientiarum negligenda informatio, sive eorum, qvi sacris olim præficiendi, sive qvi jam istâ cibratione passim agitantur. Abstraxerunt sanè haec tenus nos alia, qvibus districti animum advertere istis non potuimus. Moram ergo exigui temporis haud ægrè ferant animo, seu Nostri, seu Reformatæ addicti parti. Daturi operam sumus, juvante Domino, ut compensari luculenter ea possit.

Causam diximus, cur ea iterum retexenda sint, à qvibus mallemus nunc qvidem, ob alia, qvæ operam poscunt, abstinere. Sed parendum Ecclesiæ necessitati est, neq; negligenda *καρδοθλεία* à Domino imperata. Nec tamen aliena erit hæc tractatio à cursu Praelectionum nostrarum, postqvam ea nunc, divino munere, absolvimus, qvæ de Ecclesiâ, & Ministerio Ecclesiastico, tradenda erant, & ordo nos jam vocat ad doctrinam de ritibus Ecclesiasticis. Huc enim in APODIXI FIDEI BIBLICA juxta methodum Systematis Theologici, ultim biennium, mediocri diligentia tractatâ, pervenimus, uti nostis: & supersunt pauca in Hierarchiâ Ecclesiastica: qvibus expeditis, de Magistratu, & Conjugio, ac deniq; de Novissimis Controversiæ residuæ, brevi temporis spatio enucleari poterunt. Articulo autem de Ecclesiâ, in quo versatî hactenus sumus, non incommodè subjungitur Embolimæ illa de Ecclesiarum consociatione Dissertatio. Qvapropter unum atq; alterum mensem, daturi sumus huic diexodo, ne solita *Φιλονικία*, & *Φιλονία* nimis aut tumultuetur, aut glorietur Spiritus Calvinianus de Silentio. Qvod enim in hoc sive consilio, sive judicio Hornbeckiano valde suffens sit, argumento est, qvod nō modò Hanoviae in lingvam Germanicam transfusum superiori anno idem sub titulo *Theologische Unterredung* (sic reddidere DISSERTATIONIS vocē) divulgavit, & in aliis scriptis vehementer laudarit, sed qvod ipsâ etiam praxi nunc exeqvi, eoq; adminiculante, pomœria cætuum suorum extendere magno molimine allaboret. Hoc sc. illius lingvâ est **CONSOCIARE ECCLESIAS, suis nostras consociare, ut nostræ esse desinant, suæ evadant,** qvæ admodum avari atq; injusti, cum autoritate valent, agris suis alienos consociant, sed cum damno proximi. Ubi certè vigilantiâ opus est eorum, qvi in speculâ excubant, ut Ecclesiæ opus in informatione, ut conscientiis plurimorum in Ecclesia consulatur. Utriq; fini nostra Diatribe consecrata erit. Neq; enim in Theoreticis solum hærebit: expedientur simul *Practica* non paucæ, hæc tempestate explicatu pernecessaria, qvæ Batava illa Dissertatio sufficeret. Facturi autem id sumus in MAJORI AUDITORIO horâ IX. antemeridianâ, & tandem hanc ordiemur ad diem Martis, cum DEO. Aderitis operæ piz, & perqvam proficue frequentes; non pœnitentebit, pollicor, impensæ industriz. P.P. VVittebergæ Dominicâ IV. post Trinitatis Anno Domini clœ LXXV.

Ung. VI 58 (A)

ULB Halle
002 686 287

3



56,

VDI 7
Sep. 2000 Pcl.



Farkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black